



Thesavrvs|| Locorvm|| Commvnivm|| Jvrisprvdentiaē

Barbosa, Agostinho

Lipsiæ, 1697

Cap. XLIII. De Ætate, juventute.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80071](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80071)

re, quoniam id omnino debet facere accipientis, *l. i. de rer. permut. l. ex emto. ii. §. i. de A. E. Cujac. ad lib. 30. Pauli. ad Ed. in l. 2. de Afl. act. p. 487.*

II.

Æstimatio transfert periculum in accipientem.

Hujus regulæ ampliaciones & limitationes vid. apud *Carpzov. lib. 1. conf. 106. per totum.*

III.

Æstimatio rei immobilis probatur secundum æstimationem reddituum, quæ inde percipiuntur. text. in *l. si quos 16. C. de rescind. vend. ibi: reddituum quantitas æstimatur, & gl. ibid. text. in l. si fundum 92. de leg. 1. ibi, excusso pretio ejus fundi. Jaf. pulcrè ibid. n. 2. cum seqq.*

Fallit hæc regula in pretiosis etiam illustribus magnatum ædificiis, quæ plus habent sumptuum quam fructuum: in quibus Bartol. potius servanda praxis in *l. 2. C. de rescind. vend. quod earum rerum æstimatio peritorum judicio facienda sit.*

Nam ejusmodi res plerumque solent esse steriles, ut loquitur textus in *l. fin. §. 4. v. Sin autem non habeat. C. de bon. quæ lib. Bald. ibid. n. 1. Gail. de pig. 18. n. 12.*

Quin & plurimum in æstimatione ineundæ valet opinio hominum *Ottav. Simon. de decret. lib. 3. tit. 8. in spect. 12. n. 86. vers. videmus enim per l. 63. ad Leg. Falcid. Carpz. 5. conf. 47. n. 16.*

Æstimatio vera & justa præsumitur, quæ partibus placuit, *Reus. 3. conf. 12. n. 51.*

Nec enim plurius aut majoris est pretii, quam prout Emptorem invenit. *Matth. Coler. de process. execut. part. 3. c. 9. n. 93.*

IV.

Æstimatio pro pretio accepta succedit loco rei, *l. 22. de petit. hered. leg. 2. §. 3. vers. sed etsi. de hered. vel act. vend. l. Imperator 70. §. ult. ubi Bartol. num. 1. & l. seq. de leg. 2.*

Amplia quod non modo hoc procedat in universalibus, sed & in particularibus. *Bart. in l. 15. qui a debitore 9. ff. quæ in fr. cred. per text. in l. 1. §. ult. ubi Bald. ff. de positi. vid. de leg. hac de re Carpz. 5. conf. 47. n. 14.*

V.

Æstimatio quotiescunque non ad judicem sed partem refertur jurisjurandum in litem continet. *Bach. 1. disp. 21. th. 12. lit. G.*

VI.

Quando legatum nullius momenti est, nec æstimatio ejus debetur, *§. 4. vers. sed sit alis. l. de legat. Finckelthuf. de Feud. 6. th. 7. Cujac. tract. 8. ad Afric. l. 37. Mand.*

VII.

Quotiescunque res æstimatur, ex veritate æstimatur non affectione, *l. si servum*

33. ad L. Ag. l. pretia rerum 63. l. in Falcidia 42. ad L. Falcid. l. un. vers. in aliis, ibi: quod revera. C. de sent. quæ pro eo quod interest.

Fallit 1. quando utilitas est juncta affectioni, velut si libro diu usus sum & multa ibid. scripsi. *l. videamus 4. de in lit. jur.*

2. Hæc regula non procedit in casibus à jure expressis *exempl. in l. non tantum 6. de Appellationibus.*

3. Locum non habet in minore *l. si in emtionem 35. ff. de min.*

4. Fallit in casu *l. competit 16. §. 1. ff. quod vi aut clam. & in casu gl. ib.*

CAP. XLII.

De Æstimatione rei perditæ.

Rei perditæ debetur æstimatio.

Procedit hæc regula si res perditæ sit citra culpam in debitore generis *l. n. C. Si certum petatur. Secus si sit debitor speciei l. 26. §. 1. l. 36. §. ult. de leg. 1. l. 23. l. 91. pr. & §. 1. de V. O.*

Si perditæ per culpam debitoris ante litem contestatam res æstimanda permittitur juramento actoris *l. 5. §. ult. de in lit. jur.*

Si post litem contestatam perditæ dolo debitoris, in b. f. judiciis reditur ad jusjurandum in litem.

Sifine dolo judex aditur, qui in stricti juris judiciis inspicit tempus litis contestatæ *l. 3. §. 2. Commod. l. 22. de R. C. in b. f. act. tempus rei jud. d. l. 3. §. 2. l. pen. de condit. Tricar.*

CAP. XLIII.

De Ætate, juventute.

Axioma I.

Ferè in omnibus pœnalibus judiciis & ætati & imprudentiæ succurritur. *l. 108. de Reg. Jur.*

Ratio quoniam delicta ex judicio & animo doloso veniunt, arg. *l. 1. de Sicar. l. qui injuria 53. ff. de furt. l. quod reip. 33. ff. de injur. l. cum autem 23. §. excipitur 2. ff. de edil. edit. quod consilium in junioribus non est perfectum.*

Ad declarationem hujus regulæ maxime est notanda distinctio ætatum, de qua latè videri potest *Borch. in suo tract. feud. c. 5. n. 46. & imprimis consideranda infantia, Impubertas, minorennitas & Senectus.*

Infantia ex communi Dd. opinione durat usque ad 7. annum *l. 18. C. de Jur. delib. gl. in §. pupillus. vers. infans. Inst. de inut. stip. Menoch. de arb. jud. quest. 2. cas. 57. n. 2. & 7. De hac ætate omnes conveniunt quod omnino excuset *l. 12. ad L. Corn. de Sic. Dd. magno num. cit. à Carpz. in praxi crim. p. 3. q. 143.**

q. 143. n. 10. Ratio quoniam ubi dolus non est, ibi nec est delictum nec est poena d. l. 1. C. de Sic. d. l. qui injur. 33. ff. de furt. quod tamen tantum procedit in poena magistratus severiore, non parentis, aut aliqui publica in carcere facta castigatione.

Impubertas duplex vel infantia est proxima, & de his ferè idem quod de infantibus dicitur arg. §. pupil. g. de inutil. stip. Gail. 2. obs. 110. n. 31. vel pubertati proxima est, & vel delictum admittit gravissimum, & tum poena mortis seu ord. infligi potest. ord. crim. art. 164. vel hæc requisita non concurrunt & arbitriam poenam incurrit. l. impuberem 23. ff. de furt. l. excipiuntur 14. ff. ad Sc. Syl. nisi delictum magis in culpa consistat. l. 1. C. de fals. moneta.

Minorennitas quæ incipit ab anno 14. complero & 15. incepto: licet enim alias mulieres duodecimo anno puberes esse incipiant. pr. I. Quib. mod. tut. fin. tamen secus est in crim. Ord. crim. 164. Hæc licet in jure nullam mereatur excusationem l. 1. C. si advers. delictum. l. 9. §. nunc videndum 2. de minor. arg. d. art. 164. Judex tamen sæpe poenam mitigat l. 37. §. 1. vers. in delictis ff. d. t. latè hac de re Carpzov. in prax. crimin. p. 3. quæst. 143. per tot. add. p. 3. q. 118. n. 30. quod præsertim in iis locum habet, qui nondum plenam pubertatem sunt consecuti, h. e. 18. annis sunt minores. §. 4. I. de adopt. Sanè in illis qui decrepitæ ætatis sunt poenæ regulariter moderantur. l. 2. de termino moto Grammat. decis. 23. n. 12.

II.

Malitia supplet ætatem l. si alterius. 3. C. si min. se majorem dixerit.

CAP. XLIV.

De Affectatione, Affectu, adde infra Dilectus.

Axioma I.

Affectatum portatur leviter. gloss. in l. tria. de excus. tut. fac. vulgat. ille vers. hoc portat leviter, quod portat quisque libenter. Schneid. ad §. item tuas. n. 3. I. de excusat. l. un. C. Qui num tut.

II.

Affectata nocent, non ambiciosè quæsitæ profunt. l. 2. §. ult. si quis caut.

III.

Affectare nemo debet in quo intelligit infirmitatem suam alii damnosam futuram l. idem juris §. mulionem. 1. ff. ad L. Aquil.

IV.

Affectio facit cessare generales dispositiones. Exempla in jure passim occurrunt, velut in l. 62. de C. E. l. 16. de aliment. qvin & vincit omnem aliam præsumptionem, ut

arg. l. 10. C. de legat. concludit Carpz. 6. Resp. 28. n. 7. & seq.

V.

Modus honestus in rebus omnibus etiam inter mercatores est servandus, non immoderate cujusque affectio subsequenda, l. 40. de damn. infect. Anton. Fab. Lib. 4. Cod. tit. 24. def. 2. n. 4.

VI.

Affectio magna (qualis est familiaritatis & propinquitatis) impedit veritatem. c. accusatores 12. causa 3. q. 5. Hinc quælibet minima etiam affectionis causa fidem minuit. l. ult. C. de fid. instrum.

VII.

AFFECTUS non punitur, nisi sequatur effectus, l. cogitationis 18. ff. de pænis. l. 1. in fin. ff. quod quisque Juris. exornant. Thom. de Thomasset. in floribus legum. reg. 18. Card. Tusch. tom. 2. lit. C. concl. 544. Aloys. Ricc. in collect. decis. 1895. & in praxi rerum fore ecclesiast. decis. 589. n. 2. in 1. edit. & resol. 520. num. 2. in 2. edit. & in decis. Curia Archiepisc. Neapol. decis. 70. n. 6. p. 1. Benedict. Egid. in rep. l. ex hoc jure §. ff. de justis. & jure. p. 1. cap. 7. num. 32. Franc. Galet. in margarita casuum & conscient. verb. Affectus, ubi ampliatur in censuris, de quo etiam Ugolinus de officio Episcopi. cap. 21. num. 3. vers. 3. (add. Tusch. de conatu, de Affectu & in rubr. propositum in mente retentum Bronchorst. 3. Assert. 63.)

Limita primò in atrocissimis delictis, de quibus l. & generaliter 3. in princ. ff. de calumn. & in l. si a servo §. ff. de condict. ob turpem causam, & in l. quisquis 5. in princ. C. ad l. Jul. majest. & in l. is qui cum telo 7. C. ad Leg. Cornel. de sicar. leg. 14. ad L. Corn. de sicar. & in l. si quis servo alieno persuaserit 20. C. de furtis. & in l. si quis non dicam §. C. de Episc. & Cleric. cum aliis citatis à Bruno. à Sole in locis communib. verb. Affectus. (Carpzov. in prax. crimin. 1. quæst. 2. n. 53.) Cardos. in praxi Judicum, verb. delictum. n. 55. Sayr. in clavi Regia. lib. 3. c. 8. n. 28. Thesaur. decis. 25. ubi de crimine læsæ majestatis, Anneus Robert. lib. 1. rerum judic. c. 6. ubi de atrocissimo veneficii delicto, Farin. in praxi crim. p. 5. quæst. 122. n. 14. & n. 77. ubi de crimine Assassini, Aloys. Ricc. collect. 326. & 1377. & collectan. 1895. circa fin. Cardin. Tusch. d. concl. 544. n. 8. & 21. Mar. Anton. variar. resolut. lib. 3. resol. 47. n. 6. & 7. ubi de crimine Assassini. Sebast. Guaz. de defensio.